Quelle: https://manuscripta.at/?ID=9191
Copyright: Melk, Benediktinerstift

tibi iniquitate: et de uiris sanguinii salua
me. Quia ecce ceperunt animã meam:
irruerunt in me fortes. Neq; iniquitas
mea neq; peccatum meum dñe: sine in
quitate cucurri et direxi. Exurge in oc
cursum meum et uide: et tu dñe deus uir
tutum ds israhel. Intende aduisitandas
omnes gentes: non miseraris omnibus
qui operantur iniquitatem. Conuertan
tur aduespam et famem patientur ut
canes: et circuibunt ciuitatem. Ecce lo
quentur in ore suo: et gladius in labijs
eorum quoniam quis audiuit. Et tu dñe
deridebis eos: ad nichilum deduces omis
gentes. Fortitudinem meã ad te custo
diam quia deus suscep tor meus deus me
us mia eius preuenet me. Deus ostendit
mihi super inimicos meos ne occidas
eos: nequando obliuiscantur ppli mei.